

# PROF. SIGISMUND D. Ä. HOSEMANN

Fakultät	Philosophische Fakultät
Geboren	1630 in Lauban oder Hirschberg (Schlesien)
Gestorben	1701
Kurzvita	Phil. d. Mathematik in Helmstedt (1658–1666); Superintendent in Gifhorn (1666–1701);
Studium in Helmstedt	Immatrikulation in Helmstedt: M(agister) Sigismundus Hoseman Hirschberg(ensis) Siles(ius) (05.10.1655)
Porträt	HAB: A ,   , 68
Quelle	Ahrens 2004, S. 123 f.
GND	<a href="https://d-nb.info/gnd/129324930">https://d-nb.info/gnd/129324930</a>
Permalink	<a href="https://uni-helmstedt.hab.de/prof-116-hosemann">https://uni-helmstedt.hab.de/prof-116-hosemann</a>

## Lehrstühle

1658–1666 Lehrstuhl für Mathematik, Helmstedt

## Ämter

1666–1701: Gifhorn, Superintendent

## Vorlesungen (25)

Sigismvndvs Hosemann. Mathem. Professor in Explicatione Geometricorum Elementorum Euclidis, quam juxta ductum D. Rhodij nuper coepit, publice perget, ac libros VI priores, juvante Deo, absolvet. [...] Docet hora prima., Sommersemester 1659

[...] Privatim Opticam explicabit., Sommersemester 1659

Sigismvndvs Hosemann absolutis lectionibus Euclideis, doctrinam sphaericam publice explicabit. Docet hora prima., Wintersemester 1659/1660

[...] Privatim Architecturam militarem iterum pertractabit., Sommersemester 1660

Sigismvndvs Hosemann absoluta Triangulorum planorum doctrina, Geometriam practicam, ut vocari solet, publice explicabit, eaque ad finem deducta Chronologiam incipiet. [...] Docet publice hora prima., Sommersemester 1660

Sigismvndvs Hoseman postquam Chronologiam ad finem nuper deduxit, Doctrinam sphaericam posthac publice explicabit, qua absoluta, vel Opticam vel Gnomonicam aggredietur. [...] Docet publice hora secunda., Sommersemester 1661

[...] In Collegio privato, Geographiam primo absolvet, deinde Architecturam militarem proponet, ac tandem reliquas Matheseos partes, quae nondum explicatae sunt, ordine subjiciet., Sommersemester 1661

[...] Privatim architectura militari ad finem perducta, logisticam astronomicam atque calculum Eclipticum aggredietur, & quando noctes sereniore erunt, asterismorum coelestium fitum diligenter monstrabit., Wintersemester 1661/1662

Sigismvndvs Hoseman postquam ProcliDiadochi sphaeram & computum ecclesiasticum hactenus explicavit, imposterum opticam & gnomonica publice proponet. [...], Wintersemester 1661/1662

- [...] Privatim Architecturam militarem & Mechanicam pertractabit., Sommersemester 1662
- Sigismundus Hosemann perget in doctrina de horologijs sciothericis, qua absoluta, vel Arithmetica vel Geometriam publice explanabit. [...] Docet hora secunda., Sommersemester 1662
- Sigismundus Hosemann in demonstrationibus Geometricis publice perget; quibus absolutis, doctrinam Sphaericam explicabit. [...], Wintersemester 1662/1663
- [...] Privatim Numerorum docebit scientiam, & quando coelum serenum erit, nocturno etiam tempore asterismos coelestes in loco publico monstrabit., Wintersemester 1662/1663
- [...] Privatim, vel omnes mathematicae partes synoptice percurret, vel faltem Opticam & Geographiam proponet., Sommersemester 1663
- Sigismundus Hosemann absoluta doctrina sphaerica, Theoriam Planetarum cum calculo ecliptico publice ad calamum dictabit & explicabit. [...] Docet hora secunda., Sommersemester 1663
- [...] Privatim in collegio fortificatorio perget, ac tempore nocturno astrorum in firmamento situm ostendet., Wintersemester 1663/1664
- Sigismundus Hosemann postquam Theoriam planetarum publice pertractavit, Computisticam eclipsium nuper coeptam strenue continuabit, qua absoluta, compendij cujusdam mathematici explicatione aggredietur. [...] Docet publice hora secunda., Wintersemester 1663/1664
- Sigismundus Hosemann postquam absoluto Eclipsium computo, in lectionibus opticis ad Anaclepticam usque progressus est, doctrinam istam brevi absolvet. Deinde novam totius Mathematicae explicationem aggredietur, ac primo quidem de Mathematicae natura, ejusque partibus, principiis & demonstrationibus in genere pauca praemittet, postmodum Arithmetica Geometriam & doctrinam sphaericam ordine proponet. [...] Docet publice hora II., Sommersemester 1664
- [...] Privatim geographiam cum architectura militari explicabit., Sommersemester 1664
- Sigismundus Hosemann in cursoria matheseos explicatione, quam mense Majo incepit, strenue perget, ac eousque progredietur, quousque per hoc semestre progredi poterit. [...] Docet publice hora secunda., Wintersemester 1664/1665
- [...] Privatim lectiones astronomicas, & contemplationes siderum nocturnas continuabit, quibus absolutis, materiam aequae jucundam ac utilem pertractabit., Wintersemester 1664/1665
- Sigismundus Hosemann in cursu mathematico strenue perget, ac publice quidem Opticam Astronomiam & Gnomonicam proponet; [...] Docet hora secunda., Sommersemester 1665
- [...] privatim vero, Geometriae praxin cum Architectura militari monstrabit & explicabit., Sommersemester 1665
- [...] Privatim in collegio Fortificatorio perget, quo absoluto, Geographiam mathematicam explicabit., Wintersemester 1665/1666
- Sigismundus Hosemann quod in Astronomia restat, primo absolvet; deinde disciplinas ex Astronomia ortas, Horographiam & Chronologiam publice proponet. [...], Wintersemester 1665/1666

### **Dissertationen (2)**

De Divisione Globi Terrestris In quinque Zonas, Et Variis Zonarum Apparentiis Dissertationem Geographicam, 31.08.1662. VD17 23:299224K

De Via Lactea Discursus , 1665. VD17 23:260356A

### **Rechenschaftsberichte**

Zeitraum	30.11.1657–30.11.1657
Text	ANNO MDCLVIII / Finitis feriis in geographica lectione perrexi diebus 7, 8, 11, 14, 18, 19, 21, 25, 26, 28 et 29. / Die 12 Erat funus academicum et die 15 erat festum academicum. / Die 22 Autem ob adversam valetudinem in lectione impeditus sum. / Sigismundus Hosemann.
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 72
Zeitraum	29.04.1658–28.05.1658
Text	ANNO MDCLVIII / Aprilis die 29 in ordinem Professorum receptus sum. / Hinc / MENSE MAIO / Orationem inauguralem habui die 6, et lectiones publicas geographicas incepti die 18, quas postmodum, 20 propter festum Ascensionis Domini, et 21 propter Disputationem inauguralem iuridicam intermissis, continuavi 24, 25, 28 etiamsi fuerunt feriae. / Sigismundus Hosemann
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 67
Zeitraum	07.06.1658–29.06.1658
Text	ANNO MDCLVIII / MENSE IUNIO / Finitis feriis, in lectionibus geographicis perrexi diebus 7, 8, 10, 11, sequentibus 14 & 15 lectiones impediverunt privata examina, quibus finitis, lectiones continuavi diebus 17, 18, 21, 22 et 28, impeditus iterum 24 propter festum Iohannis Baptistae, 25 propter examen publicum et 29 propter actum Magisterii. / Sigismundus Hosemann
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 68
Zeitraum	05.07.1658–30.06.1658
Text	ANNO MDCLVIII / MENSE IULIO / Post festum Visitationis Mariae in Lectionibus geographicis perrexi diebus 5, 6, 8 [et] 9 easque propter nundinas oppidananas 12 et 13 et intermissas continuavi diebus 15, 16, 19 [et] 20. Et [?] quia 22 die Oratio inauguralis erat perrexi iterum 23, 26, 29 et 30. / M. Sigismund Hosemann
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 69
Zeitraum	31.07.1658–31.07.1658
Text	ANNO MDCLVIII / MENSE AUGUSTO / Lectiones meas impedivit necessarium aliquod iter, quod tamen non sine clemente Serenissimi consensu institutum est. / M. Sigismundus Hosemann
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 70
Zeitraum	02.09.1658–27.09.1658
Text	ANNO MDCLVIII / MENSE SEPTEMBRIS / Peracto itinere in lectionibus meis perrexi diebus 2 et 3 cumque 6 et 7 nundinae oppidanae erant, continuavi eas diebus 9, 10, 13, 14, 16, 17, 20, 21, 24 et 27. Impeditus 22 die propter disputationem inauguralem et reliquos post 22 dies propter festum Sanctus Michaelis Archangeli. / M. Sigismundus Hosemann
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 71
Zeitraum	01.11.1658–30.11.1658

Text	MENSE NOVEMBRI / Lectionem publicam continuavi diebus 1, 2, 5, 8, 9, 11, 12, 29 et 30. / Die 4 Erat disputatio inauguralis medica. / Diebus 15 et 16 Erant nundinae oppidanae. / Caeteris [?] diebus lectiones impediabat auctio librorum B. D. Dürrii. / Sigismundus Hosemann
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 73
Zeitraum	02.12.1658–23.12.1658
Text	MENSE DECEMBRI / In geographica lectione perrexi diebus 2, 3, 7, 9, 10, 14, 16, 17, 20, 21 et 23. / Die 6to non legi ob nimiam aeris inclementiam. / Die 13 Non legi propter disputationem inauguralem iuridicam. / Caeteris diebus propter festum Nativitatis Christi legere non potui. / Sigismundus Hosemann
Quelle	37 Alt 2491, Fol. 74
Zeitraum	18.01.1659–29.03.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Ianuario / Finitis feriis circa festum Nativitatis Christi clementer concessis, in Lectione geographica perrexi diebus 18vo, 20, 21, 24, 25, 27, 28 & 31 non intermissa hora, quae lectionibus publicis destinata est / Mense Februario / Dies primus erat profestus / Hinc Lectionem geographicam continuavi diebus 3, 4, 7, 8, 10, 11, 14, 15, 17 & 18 / Die 21mo ab auctione librorum impeditus non legi / at die 22do iterum legi / & die 29te lectionem geographicam, cum 30 absolvi / [v] / Mense Martio / Postquam Studiosi ad novam Lectionem per publicum programma invitati sunt, Elementa Euclidis ex Ambrosio Rhodiensi explicare coepi die 15 / eamque lectionem continuavi diebus 17 & 18 / Cum a [diebus] 21 & 22 nundinae oppidane fuerint / perrexi die 24to & rursus 25to propter / Festum Annunciationis Mariae impeditus lectionem continuavi diebus 28 & 29 / Magister Sigismundus Hosemannus
Quelle	37 Alt 2492, fol. 68-69
Zeitraum	02.05.1659–31.05.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Aprili / Finitis feriis paschalibus in lectionibus Euclideanis perrexi diebus 21, 22, 25, 26, 28 & 29no / Mense Maio / Lectionem continuavi diebus 2do & 3tio / Die 5to a gravi morbo decumbens, tam hoc, quam subsequentibus diebus ob adversam valetudinem & ferias pentecostales legere non potui / Mense Iunio / A Serenissimo vocatus propter negotia mihi demandata lectiones ulterius differere coactus sum / Magister Sigismundus Hosemannus
Quelle	37 Alt 2492, fol. 70
Zeitraum	30.06.1659–31.08.1659
Text	Anno MDCLIX / Mensibus Iulio & Augusto partim propter luctum domesticum partim propter negotia, quae a Serenissimo Augusto mihi demandata erant, lectiones meas differere coactus sum / exceptis ultimis Augusti diebus in quibus negotio peracto ad ordinarios lectiones reversus sum / Mense Septembri / Legi singulis diebus, qui lectionibus publicis destinati sunt / exceptis septem in quibus ab itinere necessario impeditus fui.
Quelle	37 Alt 2492, fol. 71

Zeitraum	14.10.1659–30.11.1659
Text	Anno MDCLIX / Mense Octobri / Finitis feriis autumnalibus die 14 lectionem Euclidicam absolvi / & die 18 Doctrinam sphaericam explicare coepi / quam explicationem postmodum continuavi diebus 20,21, 24,25,27,28 & 31 / Mense Novembris (geändert, im Original irrtümlich Septembris) In explicatione Sphaerica perrexi diebus 1,3,4,7 & 8vo / Die 10 propter Disputationem inauguralem medicam / 6 die 11mo propter usum medicamentorum legere non potui / Diebus 14 & 15to erant nundinae oppidanae / Diebus 17,18 & 21 iterum legi / & die 22 ab amico impeditus / 24to & 25to lectionem continuavi / Caeteris diebus propter sectionem humani corporis legere non potui / Mense Decembri / Finita sectione iterum legi die 5to & quia 6to fuit actus doctoralis in facultate medica / in lectione perrexi die 8vo ac subsequentibus 9,12,13,15,16,19,20,22 & 23tio / Caeteris diebus propter ferias natales Christi non docui / Sigismundus Hosemannus
Quelle	37 Alt 2492, fol.72
Zeitraum	16.01.1660–30.03.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Ianuario / Finitis feriis post Festum N.C. concessis in astronomica lectione perrexi diebus 16 & 17 / Die 19 propter mutationem ViceRectoratus legere non potui / Diebus a 20, 23, 24, 26, 27, 30 & 31 iterum docui / Mense Februario / Post Festum Purificationis Mariae lectionem astronomicam continuavi diebus 3, 6, 7 & 9no quo etiam die Doctrina Sphaerica, iuvante Deo, absoluta est / Finita igitur hac lectione Sphaerica, Geometriae compendium die 23 explicare caepi / & lectiones continuavi diebus 24, 27 & 28 / Mense Martio / In Geometria perrexi diebus 1, 2, 5, 6, 8, 9, 12, 13, 15, 16, 19, 20, 22, 23, 27, 29 & 30mo non intermissa hora, ii lectionibus publicis destinata est, excepto die 26 quo pp. consistorium publicum extraordinarium legere non potui / Sigismundus Hosemann
Quelle	37 Alt 2493, fol.68
Zeitraum	02.04.1660–24.06.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Aprili / In Lectionibus geometricis perrexi libro 2do / Die 3tio erat Disputatio inauguralis Iuridica / Die 5 et 6to legi / Diebus 9 & 10 erant nundinae oppidanae / Diebus 12, 13, 16 & 18 iterum legi / ac Deo benigniter adjuvante, Geometriae partem priorem, quam theoreticam communiter nominant, cum Logistica geometrica absolvi / Caeteris diebus pp. sacra publica & ferias paschales non docui / Mense Maio / Finitis feriis paschalibus & auctione libros B.D. Iordani ad finem deducta die 14 Trigonometriam planam publice explicare caepi / eamque lectionem diebus 15, 17, 18, 21, 22, 24, 25, 28 & 29 continuavi / Die 30 autem pp. Festum Ascensionis Christi legere non potui / Mense Iunio / In Lectione trigonometrica perrexi diebus 1, 4, & 5to quo etiam tota Triangulorum planorum doctrina ad finem feliciter deducta est / Hinc die 7 Logimetriam in caepi, ac terminis quibusdam breviter explicatis / die 8 nonnullorum instrumentorum geodaeticorum constructionem publice monstravi / Caeteris diebus a Festo Pentecostes ad Festum Iohannis Baptistae fuerunt feriae / Sigismundus Hosemannus
Quelle	37 Alt 2493, fol.69

Zeitraum	02.07.1660–29.09.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Iulio / Die 2do erat festum Visitationis Mariae / Diebus 3, 5 & 6 in geometria practica perrexi / Diebus 9 & 10 erant nundinae oppidanae / Die 12 erat mutatio ViceRectoratus / Die 13 pp. amici adventum legere non potui / Diebus 16 & 17 iterum legi, ac die 19 praecepta longimetriae absolvi / Diebus 20 & 23 Longimetriae praxin extra urbem monstravi / Die 27 in practica geometria Epipedometriam explicare caepi eamque lectionum diebus 26 & 27 continuavi / diebus a 30 & 31 ob adversam valetudinem legere non potui / [v] / Mense Augusto / Diebus 2 & 3 lectionem valtudo adversa impedit / Diebus a 6 & 7 iterum legi & qua die 9 ab amici convivio cui consanguinus noster, q. Principis cuiusdam eo tempore legatus erat, interfuit, in ordinaria lectione impeditus fui / die 10 tamen eam continuavi & absolvi / Die 13 Epipedometriae praxin extra urbem monstrere caepi / Die 17 erat Disputatio inauguralis medica / Die 16 erat disputatio inauguralis iuridica / Diebus 17, 29 & 21 Geodaesiea praxin extra urbem continuavi & absolvi / Die 23 Stereometriam incaepi eamque 24 & 27 continuavi, ac tandem die 28 cum Stereometria totam Geometriam pacticam, iuvante Deo, absolvi / Mense Septembri / Finita lectione Geometrica tum pp. nundinas optiones tum pp. disputationes aliquot inaugurales & actum doctoralem in facultate iuridica novam lectionem / [71r] / ante festum Michaelis incipere nolui, sed quanto caelum serenum fuit Asterismorum coelestium situm 6 imagines, nocturno tempore in caemeterio S. Stephani publice monstravi / Sigismundus Hosemannus
Quelle	37 Alt 2493, fol.70-71
Zeitraum	22.10.1660–10.12.1660
Text	Anno MDCLX / Mense Octobri / Absoluta lectione Geometrica, die 22 Chronologiam publice explicare caepi, eamque lectionem diebus 23, 26, 29 & 30 continuavi / Die 25 a erat Disputatio inauguralis in facultate Medica / Mense Novembri / Lectionem Chronologicam die primo continuavi / Die 2do a negotiis quibusdam domesticis impeditus fui / Diebus 5, 6, 8 & 9 iterum legi / Diebus 12 & 13 erant nundinae oppidanae / Diebus 15, 16, 19 & 20 in lectione perrexi / Die 22 erat Disputatio inauguralis in facultate theologica / Diebus 23 & 26 iterum legi / Landemius [?] die 27 a funere impeditus / 29 & 30 lectionem continuavi / Mense Decembri / Chronologiam explicare perrexi diebus 6, 7, 11, 13, 14, 17, 18 & 20, quo etiam die partem Chronologiae generalem ad ultimum caput, iuvante Deo, absolvi / Diebus a 3 & 4to ab itinere necessario impeditus fui / Die 10 fuit actus Doctoralis in Facultate theologica / Caeteris diebus Nativitas Saviouris nostri I. C. celebrata est / Magister Sigismundus Hosemann
Quelle	37 Alt 2493, fol.72

### Zitierhinweis

Prof. Sigismund d. Ä. Hosemann. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-116-hosemann> [07.07.2026]